Monseigneur 97

No. 30.

Insperatus abitus die Dominica tam manè S. R. Mttis impedivit, ut quando in adorationem Majestatis Domini Nostri Clementissimi, recollectis parum viribus, propter incommoditatem adhuc inhærentem, circa horam decimam ad aulam venerim, neminem amplius jam invenerim nec venerationem meam Illmæ Vræ Excell: cùm dixerant Eam die præterito jam abiisse, reddere non potuerim, verùm abitum resciverim; doleo id quam maximè ac Illmâ Vrâ Excellentia coram S. R. Mte optimè excusare dignari, meq constanti suæ amicitiæ benevolentiæq affectui cùm negotiis meis comendatum ulteriùs habere velit, qui Illmæ Vræ Excell: pro exhibitis innumeris hucusq sinceritatis documentis, atq expeditis literis ad S. Cæsaream Mtem, ac Rescripto, incessanter obligatus existo omniq reali gratitudine demereri, haud deero. Interim exponere Illmæ Vræ Excell: cogor, quomodo Dn: Generalis Wackerbardt abierit ab hinc, non finito sed planè relicto negotio ratione satisfactionis meæ pecuniariæ, voluit quippe, de provenienti mihi adhuc ex fundamento obligationum atq Contractus Regii summa, non tantum sex millia octingentos et septem Imperiales specie, detrahere ac si ea voluntas esset Regia vigore comunicati projecti Regii Decreti, atq termini solutio=

nis in longum debebant esse protracti, et triginta unum
mille, centum et quinq Imperiales in Saxoniam, ubi in præ
sentia mea nihil recipere potui ac nunc tam longe ab illa
absens, cum magno damno et expensis, pecunias huc, ubi con
stitutus est solutionis locus, devehere deberem, assignati, ve
rum etiam recognitionem subscribendam mihi obtrudere inten
debat, in qua, hæc omnia voluntate et consensu meo esse fac
et transacta, recognoscere prætendebat, et quando eidem
cognitionem meam æquitate fundatam obtuli, præsuppone
do id velle S. R. Mtem, assignationesq vigore Regii Decret
acceptare voluerim resolvere, hæc omnia recusata, neg
tiaq ut jam commemoravi, indeterminata relicta sunt, e
abiit, atq ego absq omnibus sustentationis mediis nudu
remansi. Exposui ista omnia S. Ræ Majestati Domino
stro Clementissimo, et Supremo Aulæ Mareschallo Domin
Comiti Pflugk in annexis quas Illrma Vra Excell: S. R.
cum humillima petitione clementissimæ Regiæ respo
sionis, benignè reddere haud dedignabitur, literis, petiig
ut in termino Festi Purificationis Mariæ 1711. Centum m
lia floren: pruten: ac S. Joannis ejusd: anni, ducenta mill
floren: solverentur, ac residuum quoq ex obligationibus

giis projectoq calculo meo proveniens, hic Gedani exsol=
vendum assignaretur, et alii in Saxoniam pro solutione
remitterentur. Supplicavi etiam S. R. Mtem et scripsi ad
Dn: Comitem Pflugk, pro literis instantialibus germanicis
ad S. Czaaream Mtem, et ordinationem Regiam ad Dn: Vitz=
dum Ablegatum, quo ille negotia mea ad Aulam Czaream
secundet assistatq mihi, quarum benignissimam procuratio=
nem transmissionemq cum earum copiis, ac S. R. Mtis Clemen=
tissimam de discessu meo in Curlandiam mentem resciendam
si ante reditum Regis aut tunc quando judicat melius iter
faciendum, cum nec ista quinq millia talerorum: quæ promit=
tebantur hic solvere si quinq la centum permitterem detrahere
quod etiam facere volui, sunt soluta. Sicut et negotium meum
superius memoratum pecuniarium Illrmæ Vræ Excell: hisce omni
meliori modo commendo, ac de coetero ad quævis præstanda ob=
sequia reciproca paratissimus, benevolentiamq ejusmodi de=
merandam, ac quam citissimè gratam ejus responsionem ex=
pectans, promptissimus maneo,

Monseigneur

de Votre Excellence

le treshumble tres
obligé serviteur

Gedani die 20. Decembris.
aô 1710.

Ferdinand Duc
de Curlande

200.

Dux Curlandiae 8. 10

Xbris 1716.